

2466 tabula ex lapide Tiburtino. Rep. anno 1632, cum ill. d. Ioannes Columna hortos strueret et villam sub Marino HOLST. p. 183. *Iscrizione del 1651 trovata a Marino e sotto l' arco del palazzo di Don Giovanni Colonna posta CASS. Trovata a Marino, si trova hoggi posta nelle mura del casino del (signor) Gio. Colonna NEAP. In villa nuncupata Bevilacqua, praec. in cod. CHIS. In vinea Bevilacqua sub Marino FABR. Postea Romae in museo card. Albani MVR., cum quo venit in museum Capitolinum.*

FAVSTO CORNELIO SULLA
SEX · TEDIO · VALERIO CATULLO COS
K IVN a. p. C. 31
L · CORNELIVS · A · F · FAL · PVPILLVS
5 V F · CVM · M IVNIVS
SILANI · L · MONIMVS · EX
ORDINE · SIT · NOSTRO · ET
VTILIS · REI · PVBLICAE
ET · AMATOR · MVNICIPI
10 MVNERA QVE · EIVS
MVNICIPIO · CONSPICIAMVS
CENSEO · LOCVM · QVI · EST · EXTRA
PORTAM · MEDIANAM · AB
EO · LOCO · IN · QVO · SCHOLA
15 FVIT · LONG · P · LXVII · AD
RIVOM · AQVAE · ALBANA · ET
A · VIA · INTROSVS · IN · QVO · ANTEA
COLVMNAR · PVBLICVM
FVIT · LAT · P · X · HONORIS · CAVSSA
20 M · IVNIO · SILANI · L
MONIMO · POSTERISQ · EIVS · DARI
TVM · VNIVERSI · CVM · M · IVNIVS
SILANI · L · MONIMVS · ITA · AMET
MVNICIPIVM · ET · REIP · SIT
25 VTILIS · ET · MVNIFICVS
AD MVNERA · ORNATVS
MVNICIPI · FACIENDA
LOCVM · QVI · EST · EXTRA
PORTAM · MEDIANAM
30 IN · QVO · COLVMNAR · FVIT
AB · EO · LOCO · IN · QVO
SCHOLA · FVIT · LONG · P · LXVII
AD · RIVOM · AQVAE
ALBANA · LATVM
35 A · VIA · PVBLICA · IN
AGRV · P · X · M · IVNIO
SILANI · L · MONIMO
POSTERISQVE · EIVS
HONORIS · CAVSSA
40 DARI · CENSVERVNT
IN · DECVRIONIBVS · FVERVNT · XXVI

Descripsit Henzen; vv. 1—4 accuratissime recognovit Huelsen. Cod. Neap. VE 10 f. 7 descriptam a Claudio Menestrier; Donius ms. Neap. p. 65, 4, ubi laudantur Cl. Menestrier et Gab. Naudaeus; Cassianus a Puteo, ut videtur, cod. Berol. A 61 m f. 105', hi tres eodem exemplo; aliter cod. Chis. J VI 205 f. 110'. 111; Gudius ms. 235, ed. ind. LXIV non de visu, sed ex schedis fortasse Holstenii (citatur Holstenius ad Cluver. p. 177. 183); Fabretti 463, 95; Muratori 302, 4, cui miserat Bianchini, edidit v. 1—6; Marini Vat. 9123 f. 221. Orelli n. 4034

Vv. 1. 2 admodum corrosos et insuper minio pessumdatos primus recte excepit Huelsen. — 3 utrum IVN an IVL fuerit in lapide, incertum reliquit Huelsen; illud verum est, nam kalendis Iuliis anni p. C. 31 iam alter ex his consulis magistratu abierat (Corp. X, 1233).

Fausto Co[rn]el[io] Sull[ae] | Sex. Tedio Val[er]io Cat[ull]o co(n)s(ulibus) | ,
k(alendis) [I]un(iis) | , L. Cornelius A. f. Fal. Pupillus | v(erba) f(ecit):
5 cum M. Iunio | Silani l. Monimus ex | ordine sit nostro et | utilis
10 rei publicae | et amator municipi | muneraque eius | municipio con-
spiciamus | , censeo, locum qui est extra | portam Medianam ab |
15 eo loco in quo schola | fuit, long(um) p(edes) LXVII, ad | rivom
aquae Albanae et | a via introsus, in quo antea | columnar pu-
20 blicum | fuit, lat(um) p(edes) X, honoris causa | M. Iunio Silani
l. | Monimo posterisq(ue) eius dari | . Tum universi, cum M. Iunio |
25 Silani l. Monimo ita amet | municipium et reip(ublicae) sit | utilis
et munificus | ad munera ornatus | municipi faciendae | , locum qui
est extra | portam Medianam | , in quo columnar fuit | , ab eo
30 loco in quo | schola fuit, long(um) p(edes) LXVII | ad rivom aquae |
35 Albanae, latum | a via publica in | agrum p(edes) X, M. Iunio |
40 Silani l. Monimo | posterisque eius | honoris causa | dari censue-
runt | . In decurionibus fuerunt (viginti sex).

L. Cornelius A. f. Fal. Pupillus sine dubio idem est qui in n. 2468 post mortem appellatur Castrimoeniensium flamen, quinquennalis, patronus; hoc decretum videtur fecisse, cum esset quinquennalis. M. Iunii, Silani l., Monimi lapidem sepulcralem habemus infra n. 2467; tam mensurae inscriptae ei lapidi, quam verba quae in eo leguntur *locus public(e) datus*, respondent huic nostro decreto v. 28 seq. (cf. v. 15 seq.). Quo tempore hoc decretum factum est, adhuc in vivis erat Monimus. *Ex ordine* dicitur esse Monimus (v. 6. 7) fortasse, ut coniecit Mommsen, propter ornamenta decurionalia. Marcos Silanos ea aetate, qua scriptus est hic titulus, novimus duos, alterum consulem suffectum a. p. C. 15, alterum ordinarium a. 19 (Mommsen eph. ep. I p. 60 seq.); uter ex his fuerit patronus Monimi, ignoratur. — 16 aquam hanc Albanam praeterea non novimus. — 44 cum secundum clausulam appareat Castrimoenii viginti sex decuriones suffecisse, ut decretum legitime fieret, verisimile est ordinem ibi non solitis centum viris constituisse, sed longe paucioribus. Cum autem in titulo 2458 adsint trigintaviri memoreturque eorum decretum, recte coniecit Henzen (syll. n. 6999) eos trigintaviros esse ipsum ordinem Castrimoeniensium.

2467 basis marmorea. Rep. in Marino NOV. Marini rep. anno 1790, deinde in museo Borgiano MAR., in anno falsus. Nunc in museo Neapolitano.

DECRÉTÓ · DECVR
M · IVNIO · SILANI · L
MONIMO
LOCVS · PVBLIC · DATVS
5 IN · FR · P · LXVII
IN · AGR · P · X

Descripsit Mommsen. *Novelle della repubblica letteraria Venetiis* 1759 p. 320, ubi laudatur Jo. B. Padroni (inde sine dubio Donati p. 240, 5 auctore non laudato); Marini Vat. 9123 f. 222, ed. Arv. p. 72; Mommsen Inscr. Neap. n. 7040; Fiorelli catal. mus. Neap. n. 17.

Idem est in cuius honorem factum est decretum n. 2466.